



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Manvale Parochorvm, Sive Institutiones & Praxes Tum  
Vitæ, tum Officii Pastoralis**

**Musart, Charles**

**Monachii, 1654**

II. An pro populo, & pro stipendio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41616**

conteraris saltem; & deinde quām pri-  
mūm confitearis.

NVM: II.

*Pro quo Parochus debeat offerre Sa-  
crifictum?*

**T**Ridentinum sess. 23. de reform.  
cap. 1. docet, eos, quibus cura  
animatorum commissa est, teneri pro suis  
ouibus Sacrificium offerre. Quare, ut  
minimūm in Sacrificio orare pro tuo  
grege memineris, præsertim cùm ne-  
cessitates tum priuatæ, tum publicæ  
exigunt. Præterea si titulus funda-  
tionis beneficii tui singulares Missas  
ad intentionem fundatorum postulet,  
fideliter exsolues, præsertim si fru-  
ctus sint opimi, & huic oneri pares.  
Pro reliquis Missis, quæ tibi liberæ  
sunt, accipere poteris stipendium, le-  
ge vel consuetudine iustum: caue hīc  
tamen sordidiem; qualis est non nullo-  
rum, qui cùm stipendium con-  
maiis à liberali donatore accep-

G 6

156 *Institutionum Pastoralium*  
eam Missam per alium procurant pre-  
tio consueto , reliquum verò sibi ser-  
uant ; sapit enim hoc nescio quid nun-  
dinationis , & audio fuisse aliquando  
prohibitum : multò magis caue ; ne  
pro vnâ Missâ , cuius iustum stipendi-  
ūm acceperis , pro eādem ab alio ali-  
quid recipias : hoc dolosum est , quic-  
quid aliqui olim in contrarium sens-  
erint.

N V M: III.

Quoties in die , & quâ horâ celebra-  
dum ?

SÆpius quām semel intra diem non  
licet ordinariè : licet tamen in  
Natali Domini , semel mediâ nocte,  
iterum in aurorâ , tertio de die : et si  
priuatus Sacerdos non teneatur , nisi  
ad vnam ex tribus , & illas legere pos-  
sit tempore sibi commodiore : tu Pa-  
roche , quia publicam Ecclesiæ perso-  
nām : ~~zgis~~ , tres leges , & quidem suis  
competentibus horis , vt populo com-  
modes ,